Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30305
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

obtulit eum antonino. A quo interrogatus cum
de xpo constantissime perorasset. fustibus iussus e
mactari. et grauissime cedi. deinde in custodia
claudi. Quo cum a militibus duceretur. antoninus post
eum clamauit. Quattuor dierum a me tibi dantur
inducie. ut deposito cultu uanitatis tue: ultro
neus aduenias. Cui scs mr: Quantum dicis iam ex
istima preterisse. quod desideras hodie comple. Misso
igitur illo in custodiam beatus crescentianus sedens sub
arbore. et pre tristicia soporatus dormiuit. Cui ui
sus est angelus dni et dixit ei. Iam fui ad alexan
drum. solui uincula eius et confortaui eum. et nunc
ne sedeatis sub hac arbore. ne forte tyranno nun
tiemini. Eductus a custodia beatus alexander:
tertium sistitur antonino. et suspensus in eculeo iu
bente impio. lampades ardentes circa latera
eius apposite sunt. ac ungulis corpus illius abrasum.
deinde ex eculeo depositus. ductus est in templum
apollinis. In quod ingressus statim ut orauit:
pars aliqua templi et simulacrum apollinis ce
cidit. Antoninus uero hoc factum magicis artibus
deputans. sedens pro tribunali sem epm ad be
stias dampnauit. et cum nulla eum tetigisset. for
nacem igneum parari iussit. et beatum uirum in eum
iactari. Iste quoque scs mr expansis manibus in medio
fornacis. orauit ad dnm totus ignis ita extinc
tus est ut nec uestigium caloris remaneret. Tunc
antoninus sem uirum de fornace eductum. decollari
precepit. Cumque iam duceretur a militibus quidam iu
uenis ex officio antonini herculanus nomine ex
clamauit dicens. Antonine insensate tyran
ne. quare cecus et surdus perduras? Ecce famu
lus dei post uirgas. post eculeos tuos. et lam
pades. atque ungularum attactus. post templi et
ydoli tui ruinam. post leonum et ursorum rabiem
deuictam. post fornacis ignem nunc ad decollandum
gaudio repletus uadit. Quis dubitat uerum
dm esse. qui ita suos confortat. Antoninus hoc au
diens. infelix inquit iuuenis quid tibi factum
est. ut tales sermones loquaris? Et iratus iuue
nem teneri fecit. Quem cum diuersis cruciatibus
afflixisset. gladio consumauit. Beatus uero ale
xander cum duceretur. obuiauit ei mulier quedam
uidua. quam beatus mr petiuit dicens. Commoda
mihi orarium. At illa prestitit ei. Officiales autem di
xerunt mulieri. Perdidisti orarium tuum. Facto
autem signo crucis. expoliauit se scs mr tuni
ca. et in linea stans texit sibi de orario oculos.

Hic mr passus e.

Plagas usque
Eculeum
Lampades ardentes
ungularum attactus
leonum ursorum rabie
fornacis ignem
extremo decollatus

deinde positis genibus suscepit gladium uia
claudia. xx miliario ab urbe. et factus est ter
remotus. et uiuus et timentes ceciderunt. Scs autem cre
scentianus. et hii qui cum illo erant. reuelante
mre tulerunt scas reliquias eius. et sepelierunt
in loco ubi orans fornacis ignem extinxerat.
Et posuit idem crescentianus supra marmorum
scriptum. hic requiescit scs et uenerabilis mr
alexander epc. cuius depositio celebratur. xi. k. octo
bris. Cui mri papa damasus postmodum criptam
condignam faciens illuc eum. vi. k. decemb. transpo
suit. quando et festiuitatem ei dicauit. Porro
orarium illud unde sibi mr oculos texerat. mox
ut decollatus est mulieri per quendam puerulum quem
angelum fuisse non est dubium repertum est. Quod illa non
sine ingenti stupore recepit. et uere mrem esse
confessa alexandrum. xpo credidit. Natale sci
lini pp qui primus post aplm petrum romanam
rexit ecclesiam. annos xii. menses tres. dies
xii. Hic ex precepto beati petri constituit ut
mulier uelato capite ecclesiam intraret. et
martirio coronatus sepultus est in uaticano. Huius
lini. Paulus in epla sua meminit ad timotheum.

Lyni pape.

Prologus in uitam sancti Chunradi constanciensis

Dno Calisto pape scissimo. epis
Odalricus constantiensis ec
clesie famulus. cum uniuerso
dnici gregis sibi commisso oui
li. debita obedientie ac serui
tutis uota. cum orationis instantia. Diuini clemen
tiam respectus sub uestre paternitatis gubernacu
lo dies nros multis consolantem bonis. propen
siori gratiarum actione magnificamus. cum de tran
quillo rerum statu. et noua scorum claritate qua
diuerse illustrantur ecclesie gaudeamus. Sicut enim
splendor ueri solis plures mundi partes
electorum suorum meritis quasi totidem radiis pe
netrauit. ita ad nram quoque uergens occiden
tem. per felicis memorie Chunradi constantiensis
epi miraculorum insignia. non impari luce totam
nris temporibus alemanniam perfudit. Et cuius gloria ut
moris est ecclesiarum canonizanda. cum sedis aplice
presentiam crebris iam dudum interpellassem lit
teris. hoc immutabilis sententie responsum ac
cepi. uitam eius in concilio recitanda et comproban
da fore generali. et testes insuper ydoneos sig
norum que per eum fiunt seu facta sunt ibidem adhi